

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In M. Antonium ad Quirites, Philippica quarta. Oratio XLVII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

su militum veteranorum, qui eius auctoritate secuti Reip. presidio sunt, & fuerunt, & a gratissimis periculis populus Ro. defensu sit, & hoc tempore defendat: cumq; legio Martia Albę constiterit, in municipio fidelissimo, & fortissimo: seq; ad Senatus auctoritatem, populiq; Ro. libertatem contulerit: q; pari consilio eadęq; virtute legio Quarta vsa L. Egnatuleio duce ciue egregio Senatus auctoritate populiq; Ro. libertatem defendat, ac defenderit: Senatui magnę curę esse, ac fore: & vt pro tātis eorū in Remp. meritis honores eis habeant, gratięq; referant, Senatui placere: vtq; C. Pansa, A. Hircius, Consules designati, cū magistratū inierint, si eis videbitur, primo quoq; tempore de his reb; ad hūc ordinē referāt, ita vt de Rep. fideq; sua cęsuerit.

IN M. ANTONIVM AD Q VIRITES, PHILIPPICA QVARTA.

ORATIO. XLVII.



REquentia vestrū incredibilis, concioq; Quirites tanta, quantā meminisse non videor, & alacritatē mihi summā affert Reip. defendendę, & spem recuperandę libertatis, q̄q; animus mihi nunq; defuit, tēpora defuerunt. quę simulac primū aliquid lucis ostēdere vīsa sunt, princeps vestrę libertatis defendendę semp fui. quod si antē facere conatus essem, nunc facere non possem. hodierno em̄ die Quir. ne mediocrem rem actā arbitremini, fundamēta sunt iacta reliquarū actionum. nam est hostis a senatu nondū verbo appellatus, sed te iam iudicatus Antonius. Nunc vero multo sum erectior, q; vos quoq; hostem illum esse tanto cōsensu, tantoq; clamore approbauistis, nec em̄ fieri potest, vt non aut ii sint impii, qui contra Consulē exercitū comparauerunt: aut ille hostis, contra quem iure arma sumpta sunt. Hanc igit dubitationē, q̄q; nulla erat, tñ nequa posset esse, Senatus hodierno die sustulit. C. Cęsar, qui Remp. libertatēq; vestrā suo studio, cōfilio, patrimonio deniq; tutat⁹ est, & tutat, maximis Senatus laudib; ornat⁹ est. Latido, laudo vos Quir. cū gratissimis animis psequimini nomē clarissimī adolescētis, vel pueri poti⁹. sunt em̄ facta ei⁹ immortalitatis, nō etatis, multa memini, multa audiui, multa legi: nihil ex oīm seculorū memoria tale cognoui: q; cū seruitute pmeremur, & in dies malū cresceret: p̄sidiū nihil haberemus: capitalē, & pestiferū Brūdusio M. Antonii reditū timerem⁹: hoc insperatū oībus cōfiliū, incognitū certe cepit, vt exercitū inuictū ex Hispanis militibus cōduceret, Antoniiq; furorem crudelissimis consiliis incitatum a pernīcie Reip. auerteret. Quis est em̄, qui hoc nō intelligat: nisi Cęsar exercitum parauisset, non sine exitio nostro futurū Antonii reditū fuisset: Ita em̄ se recipiebat ardens odio vestri, cruentus sanguine ciuū Romanorū, quos Sueffar, quos Brundusii occiderat, vt nihil nisi de Reip. pernīcie cogitaret. Quod autē erat p̄sidiū salutis, libertatisq; vestrę, si C. Cęsar fortissimorum suiq; patris militū exercitus nō fuisset: cuius de laudibus & honoribus, qui ei pro diuinis, & immortalibus meritis diuini, immortalesq; debentur, mihi Senatus assensus paulo ante decreuit, vt primo quoq; tempore referretur. Quo decreto quis nō prospicit Antoniū hostem esse iudicatū: quem em̄ appellare possumus eum, contra quē qui exercitus ducunt, iis Senatus arbitrat singulares exquirendos honores? Quid legio Martia? quę mihi videt diuinitus ab eo deo traxisse nomen, a quo populū Ro. generatum accepimus: nonne ipsa suis decretis prius, q̄ Senatus, hostē iudicauit Antoniū: nam ille si non hostis: qui Consulē reliquerunt, hostes necesse est iudicemus. Præclara & luculenta reclamatione vestra factum pulcherrimū Martialium cōprobauistis: qui se ad Senatus auctoritatem, ad libertatem vestrā, ad vniuersam Remp. contulerūt: hostem illum, & latronē, & parricidam patrię reliquerunt, nec solū id animose, & fortiter, sed considerate etiā sapienterq; fecerunt. Albę constiterunt in vrbe opportuna, munita, propinqua, fortissimorum virorum, fidelissimorū ciuū, atq; optimorū. Huius Martię legionis legio Quarta imitata virtutem, duce L. Egnatuleio, quę Senatus merito paulo ante laudauit, C. Cęsaris exercitū prosecuta est. Quę expectas M. Antoni iudicia grauiora? Cęsar fertur in cælū, qui cōtra te exercitum comparauit: laudant exquisitissimis verbis legiones, quę te reliquerunt, quę a te accersitę sunt, quę tuę essent, si te consulē, q̄ hostem maluisses: quarū legionum fortissimū, verissimūq; iudiciū confirmat Senatus, comprobāt vniuersus populus Ro. nisi forte vos Quirites consulē, non hostē iudicatis Antonium. Sic arbitrabar vos iudicare vt ostenditis. municipia, colonias, p̄fecturas, nūm aliter iudicare censeatis: omnes mortales vna mentē confestimunt: omnia arma eorū, qui hęc salua velint, contra illā pestem esse capiēda. Quid D. Br.

Antonius
hostis iudicatus:

Legio Martia:

In M. Antonium

Consulare
imperium.

Antonius
huiusmodi

Dii prodigiis
& portentiis
futura predicta
cunt.

Imperatoris
mos.

Virtus im
mobilis.

Senatus.

Excursor.

ti iudiciū Quir. qđ ex hodierno eius edicto perspicere potuistis: num cui tandē cōtemnendū videat? Recte & vere negastis Quirites: est em̄ quasi deorū immortalīū beneficio & munere datum Reip. Brutorū genus, & nomen ad libertatē populi Ro. vel constituendā, vel recuperandam. Quid igitur D. Brutus de M. Antonio iudicauit? exclusit puincia: exercitū obstitit: Galliam totā hortatur ad bellū, ipsam sua sponte, suoq; iudicio excitatam. Si Consul Antonius, Brutus hostis, si conseruator Reip. Brutus, hostis Antonius, num igit vtrū horū sit, dubitare possumus? Atqui vt vos vna mente vnaq; voce dubitare vos negatis, sic modū decreuit Senatus, D. Brutū optime de Rep. mereri, cū Senat⁹ auctoritatē populiq; Ro. libertatē, īperitū qđ defenderit, a quo defenderit: nempe ab hoste, quē est em̄ alia laudāda defensio: Deiceps laudatur prouincia Gallia, meritoq; ornat verbis amplissimis a Senatu, qđ resistat Antonio. quē si Consulem illa prouincia putaret, neq; eū reciperet, magno scelere se astringeret. omnes em̄ sub Consulis iure, & imperio debent esse prouincię, negat hoc D. Brutus imperator Consul designatus, natus Reipub. ciuis, negat Gallia, negat cuncta Italia, negat Senatus, negatis vos. Quis igitur illū consulem nisi latrones putant? qđ ne ii quidē ipsi qđ loquuntur, id sentiūt: nec a iudicio omnīū mortalīū, quī impīi, nefariiq; sunt, sicut sunt, dissentire possunt. sed spes rapiendī, atq; prędandi cecat animos eorū: quos non bonorū donatio, non agrorum assignatio, nō illa infinita Pompeiī hasta satiauit: quī sibi urbē, quī bona, & fortunas ciuiū ad prędam proposuerunt: quī dum sit qđ rapiant, qđ auferant, nihil sibi defuturū arbitrant, quibus M. Antonius (o dii immortales auertere, & detestamini quęso hoc omen) urbē se diuisurum esse promissit. Ita vero Quir. vt precamini veniat: quo huius amentię pœna, in ipsum, familiā qđ eius recidat, qđ ita futurū esse confido, iam em̄ nō solū hoīes, sed etiā deos immortales ad Remp. cōseruandā arbitror cōsensisse. Si em̄ prodigiis, atq; portentiis dii immortales nobis futura p̄dicunt: ita sunt aperte denūciata, vt & illi pœna, & libertas nobis appropinquet. si em̄ tantus cōsensus omnīū, sine impulsu deorū esse nō potuit, quid est, qđ de voluntate celestium dubitare possimus? Reliquū est Quirites, vt vos in ista sentētia, quā prę vobis fertis, perseueretis. Faciā igit vt imperatores instructa acie solent: qđ paratissimos milites ad p̄liandum vīdeant, vt eos tñ adhortent, sic ego vos ardentē, & erectos ad libertatē recuperandā adhortabor. Non est, nō est vobis Quir. cū eo hoste certamen, quocū aliqua pacis cōditio esse possit. neq; em̄ ille seruitutē vestrā, vt antea, sed iam iratus sanguinē cōcupiscit. nullus ei ludus videtur esse iucundior, qđ cruor, qđ cedes, qđ ante oculos trucidatio ciuiū. Non est vobis Quir. res cū scelerato hoīe, atq; nefario, sed cū immanī tetraq; bellua, quē quoniā in foueā incidit, obruat. si em̄ illinc emerferit, nullius supplicii crudelitas erit recusanda, sed tenet, p̄mitur, vrget, nūc iis copiis, quas iam habemus: mox iis, quas paucis diebus noui Cōsules cōparabūt. Incumbite in causam Quir. vt facitis: nunq̄ inter Senatū & vos cōsensus maior in vlla causa fuit: nūq̄ tam vehementer cū Senatu consociati fuistis, nec mirū, agitur em̄ non qua cōditione victuri, sed victuri ne simus, an cū supplicio ignominiaq; perituri. qđ mortē quidē oībus natura p̄posuit, crudelitatem mortis, & dedecus, virtus propulsare solet. quē propria est Romani generis, & seminis, hanc retinete quęso Quir. quā vobis tāq; hereditatē maiores vestri reliquerūt. qđ omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia, virtus est vna altissimis defixa radicibus, qđ nunq̄ vlla vi labefactari potest, nunq̄ dimoueri loco, hac maiores nostri primū vniuersam Italiam deuicerunt: deinde Carthaginē exciderunt: Numantiā euerterunt: potētissimos Reges, bellicosissimas gentes, in deditionē huius imperiī redegerunt. Ac maioribus quidem vestris Quir. cū eo hoste res erat, quī haberet Remp. curiā, grariū, cōsensum, & concordia ciuiū, rationē aliquā, si res ita tulisset, pacis & fœderis, hic vester hostis vestram Remp. oppugnat, ipse habet nullam: Senatū idest orbis terrę consiliū delere gestit, ipse consiliū publicum nullū habet: grariū vestrū exhaust, suū non habet, nam concordia ciuiū quī habere potest, nullā quī habeat ciuitatē: pacis vero quē potest cū eo esse ratio, in quo est incredibilis crudelitas: fides nulla: Est igitur Quirites populo Ro. victori omnīū gentiū, omne certamē cū excursore, cum latrone, cū Spartaco. Nā qđ se similē Catilinę esse gloriari solet, scelere par est, belli industria inferior. Ille cū exercitū nullū haberet, repente cōflauit. hic em̄ ipsum exercitū, quē accepit, amittit. Vt igitur Catilinā diligētia mea, Senatus auctoritate, vestro studio, & virtute fregistis: sic Antonii nefariū latrocinium vestra cū Senatu concordia tanta, quanta nunq̄ fuit, felicitate, & virtute exercitū, ducūq; vestrorū, breui tēpore oppressum audieris. Equidē quātū cura, labore, vigiliis, auctoritate, cōsilio, enitī atq; efficere potero, nihil p̄termittā qđ ad libertatē vestrā

pertinere arbitror. neque enim id pro vestris in me amplissimis beneficiis sine scelere facere possum. hodierno autem die primum referente viro fortissimo, vobisque amicissimo M. hoc Seruilio, Collegisque eius ornatissimis viris, optimis ciuibus, longo intervallo me auctore, & principe ad spem libertatis exarsimus.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA QVINTA.

ORATIO. XLVIII.



NIHIL vnq̃ longius Calē. Ian. mihi visum est Patres cōscripti: qđ idē intelligebā per hos dies vniciq̃ vestrū videri, qui em̃ bellum cum Rep. gerunt, hunc diē non expectant. nos autē tum, cū maxime consilio vestro subuenire cōmuni salutī oporteret, in Senatū cōuocabamur. Sed querelā prēteritorū dierū sustulit oratio Consulū: qui ita locuti sunt, vt magis exoprate Calē. Ian. q̃ serē esse videant. Atq̃ vt oratio Consulū animū meum erexit, spemq̃ attulit non modo salutis conseruandę, verū etiā dignitatis pristinę recuperandę: sic me perturbasset eius sententiā, qui primus rogatus est, nisi vestrę virtutis, constantięq̃ confidere. hic em̃ vobis P. C. dies illuxit, hac potestas

data est, vt quantū virtutis, quantū constantiā, quantū grauitatis, in huius ordinis consilio esset, populo Ro. declarare possetis. Recordamini qui dies nudius tertius decimus fuerit, quā tus consensus vestrū, quanta virtus, quanta cōstantia, quantā sitis a populo Ro. laudē, quam tam gloriā consecuti. Atq̃ illo die P. C. ea cōstituitis, vt vobis nihil iam sit integrū, nisi aut honesta pax, aut bellū necessariū. Pacem vult M. Antonius. arma ponat, roget, deprecet. nemi nem equiorē me reperiet: cui dū se ciuibus impiis cōmendat, inimicus esse, q̃ amicus maluit, nihil est profecto qđ dari possit bellū gerenti: erit fortasse aliquid, qđ concedi possit roganti. Legatos vero ad eū mittere, de quo grauissimū iudiciū nudius tertius decimus fecistis, nō iam leuitatis est, sed vt qđ sentio dicam, dementię. primum em̃ eos duces laudauistis, qui cōtra illum priuato consilio bellum suscepissent. deinde milites veteranos: qui cū ab Antonio in Colōnias essent deducti, illius beneficio libertatē populi Ro. anteposuerunt. Quid legio Martia? quid Quarta? cur laudantur? si em̃ consulē suum reliquerunt, vituperandę sunt. si inimicū populi Ro. iure laudant. Atqui cum Consules nondū haberetis, decreuistis, vt & de p̃miis militum, & de honoribus imperatorū, primo quoq̃ tempore referret. placet eodem tempore prēmia constituere iis, qui contra Antoniū arma ceperunt, & legatos ad Antonium mittere: vt iam pudendū sit, honestiora esse legionū decreta, q̃ Senatus. siquidem legiones decreuerūt. Senatum defendere contra M. Antoniū, senatus decreuit Legatos ad Antonium. vtrum hoc est confirmare militū animos: an debilitare virtutem? hoc dies duodecim profecerunt: vt quē nemo p̃ter Cotylam inuentus sit, qui defenderet, is habeat iam patronos, etiā Cōsulares. Quī vtinam oēs ante me sententiā rogarent. qđ suspicor quid dicturi sunt quidā eorum, qui post me rogabunt. facilius contradicere, si quid videret. est em̃ opinio, decreturū aliquē M. Antonio illam vltimā Galliā, quā Plancus obtinet. Quid hoc aliud est, qđ ad bellū ciuile hosti arma largiri? primū neruos bellī pecuniā infinitā, qua nūc eget: deinde equitatū, quantū velit: equitatum dico: dubitabit credo gentes Barbaras secū adducere? hoc qui nō videt, excors: qui eū videt, decernit, impius. Tu ciuem sceleratū, & perdirum, Gallorū, & Germanorū exercitū, pecuniā, peditatū, equitatū, copiis, instrues? Nullę istę excusationes sunt: meus amicus est, sit patrię prius. meus cognatus: an potest cognatio vlla propior esse, q̃ patrię? in qua etiam parentes continentur: mihi pecuniā attribuit, cupio videre qui id audeat dicere. quid autem agatur, cum aperuero: facile erit statuere, quam sententiā dicatis, aut sequamini. Agitur vtrū M. Antonio facultas detur opprimendę Reip. cedis faciendę: bonorum diripiendorū: vrbes, agros, suis latronibus condonandi: populum Roma. seruitute opprimendi: an horum nihil facere ei liceat. dubitare quid agatis, an non cadunt hęc in Antonium? hoc ne Cotyla quidē dicere auderet. quid enim in eum non cadit? qui cum Cęsarī acta se defendere dicit, eius leges peruertit, quas maxime laudare poteramus. Ille paludes siccare voluit. hic omnem Italiā moderato homini L. Antonio diuidendam dedit. quid? hęc legem populus Ro. accepit? quid? per auspicia ferre potuit? sed augur verecundus sine Collegis de auspiciis non interpretare. Ioue tonatur. qđ illa auspicia non egent interpretatione augurum. Ioue em̃ tonante cum populo Roma. agi nō esse fas qui ignorat. Tribuni Pleb. tulerunt de prouinciis contra acta Cęsarī, lo agi nefas

Nudius tertius decimus,

† Cotylam meū, alii meū. alii vnū legunt. Belli nerui pecuniā,

† vrbis, agrorum,

† Ioue tonante, cū populo Roma agi nefas